



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

CLXII. Der Rath der Altstadt Salzwedel überläßt an Dieterich Freitag einen  
Platz vor der Cingel, am 12. März 1359.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

homini liceat, memorate domine Agnetis donationem et nostram confirmationem seu ordinationem infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et nostram maledictionem se noverit incursum. Ad evidentiam itaque omnium prelibatorum et certitudinem sigilli nostri appensione presentem literam mandavimus communiri. Datum Anno domini MCCCXXIII. octava sancti Martini Episcopi gloriosi.

Nach Lenz Br. Urk. S. 939.

CLXII. Der Rath der Altstadt Salzwedel überläßt an Dieterich Freitag einen Platz vor der Cingel, am 12. März 1359.

Nos Heyno stezeke, Nycolaus godfcalc, Heyno mecho, Arnoldus kletzeke, Thydericus turitz, hoyger de dyltorp, Ghodfcalcus hermanni, Voltze Hartwici, heyno kalue, Conradus brewitz, heyno Wepelte et Nycolaus karstede, Consules veteris ciuitatis saltwedel presentibus recognoscimus euidenter Protestantes, quod maturo consilio nostrorum seniorum prehabito, vendidimus discreto viro thiderico dicto Vrydach aream sitam ante cingulam ad sinistram manum, quando jtur in nouam ciuitatem, pro viginti marcis brandenburgensis argenti nobis per ipsum perfolutis et ja dicte nostre ciuitatis vsu conuersis, Taliter quod ciuitas modo memorata vndique a muro eiusdem nostre ciuitatis mensurandum spacium viginti quatuor pedum optinebit, Hujuscemodi vero conditionibus annexis, quod idem Thydericus vridach de eadem area singulis annis exactiones dicte nostre dare debeat ciuitati, quousque eam edificauerit, tunc de eadem area et de structura secundum dominorum consulum constitutionem idem thydericus aut sui veri heredes exactionem quolibet anno eidem nostre ciuitati donare tenebitur seu tenebuntur. Si autem ipsa domus predicta in posterum in alterius perueniret manum, quod deus auertat, Tunc ejusdem domus emptor, prout eam emeret, taliter exactionem sepe dicte nostre ciuitati perfoluere et dare tenetur annuatim de eadem. In cuius testimonialem euidentiam sigillum nostre ciuitatis presentibus est appensum. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LIX<sup>o</sup>., ipso die beati Gregorii pape.

Nach dem Originale des Salzwedeler Archives III, 19.

CLXIII. Segeband und Johann von Wittorp verkaufen Gebungen aus Klein Neuendorf der Gewandschneidergilde für den Altar Johannis des Läufers in der Marienkirche zu Salzwedel, am 18. Dezember 1359.

Wy Zegheband vnde Johan, Bruder, gheheten van Wyttopp, Knapen, bekennen vnd betügen, dat wy mit ghanfer Vulbord Otten van Wyttopp, vnser Bruders, hebben verlaten vnd verlaten in diesem jegenwertigen Breve alle dat, dat wy hebben gehat wente an desser tyd an tynze, an ghulde, an Voghedie, an Rychte, vnd woranne wy dat gehad hebben in dem Dörpe to lütteken Nyendorp, dat lyd by dem Huse to Wertbeke, to sünste Johannis Altar, de vnser